## ESSENTIA ABSYNTHII.

℞. Extracti Abſyntij ℥ij. cui adde ſalis Abſynthij ℥ß. olei diſtillati Abſynthij ʒj. prius cum ℥j. ſacchari candi pulverati in eleo ſaccharo redacti. Ponantur in phiola, & eis ſuperaffunde ſpiritus Abſynthij ℔ij. digerantur phiola probè clauſa ſeptimana vna: hinc filtra eſſentiam, vſuique repone.

### *VIRES.*

*Stomachica eſt inſignis, hepatica, ſplenetica, aperit, attenuat, vermes necat, bilem educit, crapulam diſcutit, ſudorem cit. Febribus convenit, appetitum mirificè promovet, &c.* Doſis à ʒij. ad ℥j.

Eodem modo parari poſſunt eſſentiæ Pulegij, Chamæmelli, Menthæ, & ſimilium.

*Nota*: Olei diſtillati è vegetabilibus (præcipuè ex aromaticis) veniunt etiam in officinis ſub nomine eſſentiarum, vt eſſentia Majoranæ, Lavendulæ, Menthæ, Abſynthij, &c. dequibus vide lib. I. Cap. V.

*Eſſentia* enim propriè ſignificat vnionem principiorum chymicorum tum volatilium, tum fixorum, vt indè tota rei eſſentia integras vires referens emergat, quamvis *Eſſentiæ* vocabulum tribui etiam ſoleat tincturis mollibus, inquibus ſcilicet facta eſt aliqua menſtrui evaporatio, interdum eleo ſaccharis. Alij Quintam eſſentiam dicunt, quaſi quid præter quatuor elementa, quod nomen vulgò, vt dictum eſt, oleis ſtillatitijs tribuitur. Tandem adeò generica eſt hęc vox *Eſſentia*, vt nonulli ſales, & magiſteria hoc nomine inſignire non verentur, inter hos eſt Quercetanus, qui ſales coralliorum, & perlarum eſſentias vocare ſolet.

***





## CAPVT VIII.

### *De Tincturis, Elixyrijs, & Balſamis.*

## ELIXYR, SEV AQVA VITÆ MATHIOLI.

℞. Cinnamomi ℥j. zingiberis, & zedoariæ ana ℥ß. ſantalorum omnium ana ʒvj. caryophyllor. galangæ, & nucis myriſticæ ana ʒiiß. Macis, & cubebarum ana ʒj. cardamomi vtriuſque, ſeminis melanthij, corticum citri, pulveris Diambrę, Diamoſchi dulcis, Diamargaritonis, Diarrhodonis Abbatis, Aromatici roſati, & electuarij gemminis ana ʒiij. ſeminis aniſi, fœniculi, paſtinacæ ſylveſtris, ocymi, radicis angelicæ, caryophyllatæ, liquiritiæ, calami odorati, Phu minoris, foliorum ſclareæ, ideſt hormini, thymi, calaminthę, pulegij, menthæ, ſerpylli; & amarici ana ʒij. roſarum rubrar. florum ſalviæ, betonicæ, roris marini, ſtœchadis, bugloſsi, & borraginis ana ʒß. Terantur quæ terenda ſunt, & macerentur omnia in vaſe vitreo, cum ℔xij. aquæ vitæ ex ſelectiſsimo vino paratæ, per dies 15. vaſe optimè clauſo; poſt diſtillentur per B. M. ſeu vaporis, commiſſuris optimè clauſis, deinde aquam diſtillatam reconde in aliud vas; & adde ſantali citrini odoratiſsimi ʒij. Moſchi, & Ambrę griſſeæ ana ℈ß. Julapij roſati clariſsimi ℔j. fortiter agita vas huc; & illuc, vt fiat exacta miſtio, & deſine requieſcere optimè clauſum per quindecim dies, tunc decanta, cautèque ſerva.

### VIRES.

*Prodeſt in peſte, epilepſia, apoplexia, & ſimilibus. Sudores promovet, ſpiritus auget, concoctionem iuvat, cor, cæteraque membra confortat.* Doſis à ʒj. ad ʒß.

## ELIXYR VITÆ MAIVS QVERCETANI.

℞. Radicum Zedoariæ, Angelicæ, gentianæ, valerianæ, tormentillæ, ſcorçoneræ, galangæ, ligni aloes, & ſantali citrini ana ℥iij. fol. melliſſæ, menthæ, majoranæ, baſiliconis, hiſſopi, thymi, & chamædryos ana M. ß. baccarum Lauri, & Juniperi, corticum limonum, & arantiorum, ſeminum pœoniæ, ſeſeli, anethi, fœniculi, aniſi, citri, & cardui benedicti, caryophyllorum, cinnamomi, macis, Zingiberis, cubebarum, cardamomi, piperis albi, & ſpicæ nardi ana ℥ij. Belzoini, myrrhæ, olibani, ſuccini, & maſtiches ana ʒvj. flor. roris marini, ſalviæ, pœoniæ, ſtœchadis, calendulæ, lavendulæ, hyperici, centaurij minoris, betonicæ, liliorum convallium, & tiliç ana P. ij. cichorij, roſar. rubrar. & bugloſsi ana P. j. Mellis optimi & ſacchari albi ana ℔j. aqnæ vitæ optimè rectificatæ ℔x. Digerantur per dies decem vaſe hermeticè clauſo: poſtea fiat expreſsio, quæ diſtilletur igne primi gradus, ponendo in roſtrum alembici Moſchi ʒß. Ambræ griſſeæ, & croci ana ʒj. & diſtillabit aqua clara, quam collige, & ſerva: dein auge ignem ad ſecundum gradum, & ſtillabunt ſpiritus nebuloſi, quos etiam ſerva: tandem auge ignem fortiorem, vt ſtillet oleum, & maneat materia in fundo ſicca, tamen non perfectè arida, ne empyreumam acquirat. Ex reſiduo, in alembico remanenti, extrahe tincturam cum aqua illa clara priori aſſervata: demum miſce tres illos liquores, ac diſtilla denuo per gradus vt antea, ſingulis, vt prius ſeparatim ſuſceptis: reſidua, ex vtraque diſtillatione, calcina, ac fac lixivium cum illa aqua clara aſſervata, & ſic imbuta ſale ſuo, ac colata miſce illam cum ſpiritu, & oleo, ac circula, vſuique ſerva in vaſe vitreo benè clauſo.

***





### *VIRES.*

V*Alet ad curandas, & præcavendas vertigines, epilepſias, apoplexias, paralyſes, ſincopes, aſthmata, manias, melancholias, lypothymias, ſtomachi, & aliarum partium debilitates, hyſtericas paſsiones, cachexias, & alia id genus ſymptomata.* Doſis à gr. vj. ad gr. xx.

## ELIXYR VITÆ MINVS QVERCETANI.

℞. Radicum centaurij minoris, & gentianæ ana ℥iij. galangæ, cinnamomi, macis, & caryophyllor. ana ℥j. florum ſalviæ, & roris marini ana P. ij. vini albi generoſi ℔vj. Macerentur in B. M. per dies octo: deinde exprimantur fortiter: expreſsio diſtilletur per alembicum vitreum in cinere ad ſiccitatem: ex reſiduo materiæ extrahe tincturam cum illa aqua diſtillata; poſt incinera materias relictas, & abſtrahe ſal cum aqua diſtillata, vſuique repone.

### *VIRES.*

S*Pecificum eſt remedium ad omnes cachexias, ſtomachi, capitiſque imbecilitates, &c.* Doſis ad ʒij.

## ELIXYR PROPRIETATIS HELMONTII.

℞. Alos lucidę, Myrrhæ, & Croci ana ℥j. (ſi enim plus ſumpſeris, fruſtà id factum reperies.) Duo priora terantur acuratè, crocus verò, quia non teritur niſi exiccatus, potiùs conglobetur tundendo. Ponantur in vitro capaciſsimo, & forti, ſigilleturque liquato collo vitri, & circuletur moderato calore, ne vas diſſiliat, donec videris totam offam in fundo coaluiſſe, & circulari oleum clarum cum aqua in parietibus vitri. Tunc aperiatur collum vitri, & infunde aquæ cinnamomi ℔j. & diſtilla per arenam madidam, cui

ſenſim aqua bulliens affundatur, donec non ampliùs è roſtro alembici quidquam ſtillet.

*VIRES.*

V*Alet ad curandas apoplexias, epilepſias, aſthmata, paralyſes, atrophias, &c.* Doſis à gr. vj. ad gr. xxx. Clariſsimus Hoffmannus ſimplici huius Elixyrij parandi modo eſt contentus, quia dicta ratione ſpecies non ſolum comburuntur, ſed de alco, & tota balſamica myrrhæ eſſentia parum elevabitur.

ELIXYR PROPRIETATIS PARACELSI.

℞. Spiritus vini optimi ℥iij. croci ʒj. myrrhæ, & aloes ana ʒij. Myrrha, & Aloe triturentur, crocus verò exiccetur, & omnia infundantur loco tepido per dies octo, poſtea filtretur, & vſui reponatur.

*VIRES.*

V*Ulnerarium eſt, ſudorem ciet, prodeſt in morbis malignis, ac peſtilentibus, à putredine reſervat, utile eſt hypochondriacis, uterinis, appetitum promovet, &c.* Doſis à ℈ß. ad ʒß.

ELIXYR PROPRIETATIS CROLLII, SEV Elixyr Proprietatis Paracelſi cum acido.

℞. Myrrhæ electæ, Aloes hepaticæ, & croci ana ℥iv. pulveriſa, & humecta cum ſpiritu vini rectificatiſſimo, mox adde ſpiritus ſulphuris per campanam facti, ad eminentiam duorum, vel trium digitorum: digerantur per dies quatuor, poſt decanta tincturam: relictæ materiæ affunde ſpiritus vini tot, quot de ſulphure poſuiſti, iterum digere, mox decanta, & fæces diſtilla; diſtillatum junge cum prioribus, ac ſer-



ſerva. *Convenit cum priore.* Doſis à gr. viij. ad ℈j.

ELIXYR VTERINVM CROLLII.

℞. Caſtorij ℥iij. croci ℥j. extrae tincturam omnem cum ſpiritu vini, reaffundendo quoties tinctum appareat, extractiones miſce, quibus adde extracti Artemiſiæ ℥iij. ſalis matris perlarum ℥ß. oleorum diſtillatorum angelicæ, aniſi, & ſuccini ana ʒj. digerantur omnia per dies octo.

*VIRES.*

S*I proportionata doſis ſumatur ingruente paroxyſmo qualicumque hyſterico, tunc illicò ſanatur, provocato ſudore. Quod ſi ſingulis menſibus appetentibus menſtruis æquali doſi utantur, non revertetur morbus.* Doſis à ℈j. ad ℈ij.

ELIXYR ANODYNVM.

℞. Camphoræ, myrrhæ, & croci ana ℥ß. radicis contrayerbæ, caryophyllorum aromat. ana ℥j. opij ʒj. ſpiritus vini rectificati ℥xx. Digerantur ſimul in fimo equino, per ſex ſeptimanas, deinde ſeparetur liquor ſupernatans, vſuique reponatur.

*VIRES.*

V*Alet, ad dolores colicos, & nephriticos tollendos, venenis reſiſtit, ſudores cit, &c.* Doſis à gr. vj. ad gr. xx.

TINCTVRA VITÆ MYNSICHT.

℞. Spiritus vini ℔vj. aquæ roſar ℔jv. corticum arantiorum, cort. citri, roſar. rubrar. ſiccar. menthæ criſpæ, melliſſæ, ſantali albi, & cinnamomi ana ℥viij. ligni aloes, & macis ana ʒij. ſem. angelicæ, corian-

riandri, aniſi, & fœniculi ana ℥iß. ſpicæ nardi, galangæ minoris, croci, cardamomi, & caryophyllor. ana ʒß. Ambræ griſeæ, & moſchi optimi ana ℈ß. ſtent in digeſtione per octiduum, poſtea per alembicum diſtilla. Hinc ℞. Spiritus diſtillati ℔vij. caſsiæ ligneæ veræ ℥ij. confectionis Alchermes ℥ß. croci ℈j. Digerantur: poſtea ſpiritus tinctus dulcoretur cum ſaccharo albo in phlegmate proprio diſſoluto, & vſui repone.

### *VIRES.*

COR, *& ſpiritus reficit, & exhilarat, & vitam prolongat, cerebrum, & ſtomachum confortat, ventriculi calorem auget robur firmat, flatus diſsipat, concoctionem iuvat, tormina ventris ſedat, inteſtina ſana conſervat.* Doſis à ʒj. ad ʒvj.

## TINCTVRA HYPERICI MYNSICHT.

℞. Succi herbarum, & florum hyperici expreſsi, & depurati ℔ij. ſucci Anagallidis cum floribus purpureis expreſsi. & depurati ℔j. ſanguinis Aſinini ex venis poſt aures extracti ℔ß. flor. bugloſsi, roſarum, & Anthos ana ʒvj. caſsiæ ligneæ, & confectionis Alchermes ana ℥ß. croci ʒj. Infunde per noctem, poſtea in B. M. diſtilla ad ſecundum cohobium. ℞. Huius aquæ ℔ij. eſſentiæ hyperici cum ſpiritu vini factæ ℥ß. ſtent in loco tepido per noctem, manè aliquoties filtretur, donec tincturam rubicundiſsimam, rubini inſtar accipias: quæ ſacchari candi albiſsimi ſ. q. dulcoranda, & ad vſum ſervanda.

### *VIRES.*

IN *melancholia, mania, dementiâ, faſcinationibus, & incantationibus prodeſt; torporem mentis, & tarditatem ingenij emendat. Vrinam cit, menſtrua pellit, tertianis, & quartanis ſuccurrit, ad morbum renum, & veſicæ prodeſt. Doſis à cochlear. iij. ad v. bis in die, mane ante ſolis ortum, & veſpere eundo cubitum.*



## TINCTVRA SOLIS, SEV AVRVM Potabile per ſpiritum ſale vrinæ acuatum.

℞. Calcem ſolis, ſeu Auri, per aquam regiam factam, & reverberationem in ſummam poroſitatem, & brunitatem redactam, affunde ſpiritum vini microcoſmicum. Digere lento calore per menſem vaſe Hermeticè clauſo, donec ſanguinis inſtar rubicunda tinctura evadat. Hinc decante, & affunde novum menſtruum, idque toties repete, quoties opus ſit. Solutiones collectæ per octo, vel duodecim dies digerantur. Hinc leniſsimo calore menſtruum (in ſimiles vſus reſervandum) in B. M. ſeparetur. Sic remanet tinctura in fundo forma olei rubicundiſsimi, in quolibet liquore ſolubilis, quæ vicem Auri potabilis ſupplere poteſt.

### *VIRES.*

A*Vrum hoc potabile, non minùs vt lapis Philoſophorum, pro univerſali medicina habendum, eò quia humidum radicale in ſua quantitate, & qualitate integrum conſervat, calorem naturalem renovat, ac inſtaurat, ſpiritus omnes recreat, ac vegetat, vireſque totius corporis, à morbi malignitate labefactas, ita confortat, vt adverſus hanc inſurgere, & pugnare, tandemque vincere, & expellere poſsint, quemadmodum conſtans, ac concors eſt omnium Hermeticorum Philoſophorum ſententia. Ergo in omnibus fœrè ægritudinibus, tutò, & feliciſsimè adhibetur.* Doſis à gr. jv. vel gr. vj. & vltra.

*Spiritus vini Microcoſmicus*, fit ex ſpiritus vini rectificatiſsimi, ac ſalis vrinæ ad ſummam puritatem de-

du-

ducti partibus æqualibus, ponuntur in locum frigidiſsimum, hinc digeruntur per lentum calorem B. V. in phiola Hermeticè clauſa ſpatio 20. vel 30. dierum, & convertentur in liquorem, qui ſi lubet, per B. M. ſemel, ac iterum rectificetur.

## TINCTVRA LVNÆ, SEV ARGENTVM Potabile.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

*Capitis corroborans perhibetur ſpecificum, ſpiritusque animales confortare, unde, & omnibus capitis affectibus peculiaris efficatiæ cenſetur, in primis Epilepſia, Apoplexia, & ſimilibus.* Doſis à gr. iij. ad gr. vj.

## TINCTVRA MARTIS APERITIVA Lemortis.

℞. Cryſtalli tartari ℥viij. Limaturæ Martis ℥iij. irrorentur cum aqua, ut paſta fiat, & exponatur aëri aliquot dies, poſtea, addatur aquæ q. ſ. & coquantur per quatuor horas, continuo materiam agitando, & in locum aquæ evaporatæ, recentem ſubſtituendo, donec ſufficienter colorata appareat, evaporetur deinde ad ſiccitatem, cautè ſub finem procedendo, ne materia aduratur: hinc ℞. Pulveris huius ℥iij. vini albi optimi ℥x. digerantur ſimul in B. M. per duos dies, dein clarum, à ſpiſſo ſeparetur ad vſum.

### *VIRES.*

*Valet in opilationibus, obſtructionibus, & vermibus ſummopere.* Doſis à gt. vj. ad gt. xxx.

*Extractum Martis aperitivum*

Si materiam illam, ex qua ſumiſti pulveres, ſolum ad mellis ſpiſsitudinem evaporas, habes extractum martis aperitivum.

TIN-



## TINCTVRA MARTIS ADSTRINGENS

℞. Croci martis cum ſulphure parati ℔ß. calcina igne violentiſsimo per horas duas, mox irrora cum aceto fortiſsimo, ſicca, idque repete ad quartam vicem, hinc irrora cum ſpiritu vitrioli, ſicca, ac impone in lagena vitrea, & adde ſpiritus vini, ad eminentiam quatuor digitorum; digere per dies ſex, filtra, ac vſui repone.

### *VIRES.*

*In diarrhæis, hemorrhoidum fluxionibus, ac menſtruis immoderatis confert.* Doſis à ℈ß. ad ℈j.

## TINCTVRA LAPIDIS HÆMATITIS Aperitiva.

℞. Florum Lapidis Hæmatitis ℥j. ſpiritus vini ℥iij. digere per dies octo, filtra, vſuique ſerva.

### *VIRES.*

*Menſes provocat, obſtructiones aperit, in cachexia prodeſt.* Doſis à gt. viij. ad gt. xxjv.

## TINCTURA LAPIDIS HÆMATITIS Adſtringens.

℞. Capitis mortui remanentis in diſtillatione florum Lapidis Hæmatitis optimè calcinati ℥j. ſpiritus vini rectificati ℥iij. digere per dies duodecim, filtra, & repone.

### *VIRES.*

*Fluxus ventris, diarrhæas, dyſenterias, & ſimilia, ac fluxiones ſanguinis ex quacunque corporis parte ſiſtit.* Doſis à gt. viij. ad gt. xxjv.

TIN-

## TINCTVRA TARTARI.

℞. Salis Tartari albiſsimi q. v. calcina igne violentiſsimo ad colorem cæruleum, deinde abſtrahe tincturam rubicundam cum ſpiritu vini; mox exhala ſpiritum ad olei ſpiſsitudinem, vſuique repone.

### *VIRES.*

C*Onfert in melancholia hypocondriaca, ſcorbuto, hydrope, obſtructionibus omnibus, vrinam ciet, &c.* Doſis à gr. jv. ad gr. viij.

## TINCTVRA ANTIMONII EX AVGVSTANA.

℞. Salis Tartari ℔j. Antimonij electi ℔ß. Pulverata, & miſta, fluant in crucibulo valido igne per horam, poſtea extrahe tincturas cum ſpiritu vini: liquores tinctos miſtos exhala ad olei craſsitiem, vſuique repone.

### *VIRES.*

S*Anguinem depurat, vnde hypocondriacis, cachecticis, ictericis, & ſcabioſis prodeſt.* Doſis à gr. ij. ad gr. viij.

## TINCTVRA SVLPHVRIS.

℞. Sulphuris electi, ſalis nitri, & ſalis tartari ana p. æq. fluant in crucibulo, effunde, pulveriſa, ac cum ſpiritu vini extrahe tincturam rubicundiſsimam S. A.

### *VIRES.*

I*N peſte, febribus, ſcorbuto, obſtructionibus hepatis, pulmonumque morbis eſt vtilis.* Doſis ad gr. viij.

***   ***   ***

TIN-



## TINCTVRA, SEU ESSENTIA CORALLIORVM Hartmanni.

CAlcinentur corallia priùs non pulveriſata, ſed integra igne reverberij primùm lento, vt ſaltem viva flamma corallia in teſtis (ſeu ſcutellis terreis) in furno reverberij poſita ſuperficie tenus tangat. Corallia hoc modo primo gradu albeſcunt, coloremque nativum abſcondunt. Tandiu ergò gradibus ignis inuicem ſuccedentibus coralliorum corpus eſt fatigandum, donec ex albedine in flavedinem, & ex flavedine in rubedinem ſummam reducantur, corpore toto reddito ſpongioſo, & levi, id quod plurimum biduo, vel triduo abſolvitur. Hoc igitur ſignum, dum in promptu fuerit, tunc demum corallia beneficio gradum ignis, facta habilia ad propriam tincturam in aliud menſtruum deponendam. Sic itaque preparata corallia, ſi in ſpiritum vini, vel in alcohol ſpiritus roris maialis inijciantur, paulò poſt ſponte ſua in id idem alcohol tincturam deponunt. Igitur hæc aliquantulum menſtruo vini ſp. per diſtillationem inde ablato, fit rubicundiſsima cum quadam dulcedine.

### *VIRES.*

M*Vndificat, & renovat pleniſsimè ſanguinem in toto humano corpore. Reſiſtit etiam omnibus defectibus ex putredine, & corrupto ſanguine orientibus: omneſque morbos internos radicitus evellit. Confortat quoque ſeptem membra principalia, præſertim autem cor, & vitales ſpiritus, quos contra virus, & omnes malos, & pericul oſos caſus munit. Item omnes obſtructiones in præcipuis membris, pulmone, iecore, ſplene, & renibus mirificè reſerat, & inflammationes ſedat; febrium æſtum compeſcit, earumque materiam conſumit, &c. In vehementiſsima ſuffocatione matricis, menſtruis ſuperfluis, hydrope, paralyſi, ſcorbuto, lue venerea, lepra, dyſenteria, gonor-*

rhœa,

*rhæa, ſpaſmo; & ſanguine concreto medicamentum eſt Divinum.* Doſis ad gr. xx.

## TINCTVRA SVCCINI.

℞. Succini flavi ſubtilitèr pulverati ℥j. ſp. vini rectificatiſsimi ℥jv. leni calore, in phiola optimè clauſa, per dies ſex digerantur, aliquando movendo, tandem liquor tinctus filtretur, vſuique reponatur.

### *VIRES.*

O*Mnibus catarrhoſis affectibus; præſertim apoplexiæ, epilepſiæ, vertigini, & paralyſi valde prodèſt: Nil enim, inquit Helmontius, ſtomacho, inteſtinis, nervis, imò & cerebro eſt gratiùs ſuccino in ſp. vini reſoluto.* Doſis à gr. vj. ad ℈j.

## TINCTVRA CASTORII.

℞. Caſtorij electi ℥j. ſp. vini rectificati ℥jv. digerantur per dies ſex in matrace benè clauſo, poſtea coletur, & tinctura vſui reponatur.

### *VIRES.*

P*Roficua eſt letargo; apoplexia, paralyſi, vertigine; artuum tremore, & dolore colico; difficultatem audiendi corrigit, dentium dolori ſuccurrit.* Doſis à gr. jv. ad ℈ß.

## TINCTVRA MYRRHÆ.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

P*Artum facilitat, menſes cit; ſudores promovet; apoplexiæ, paralyſi, & letargo confert, fœtum mortuum,* &



*& ſecundinas pellit, earumque putredinem arcet; variolas, & morbillos expellit; convenit itidem pro expulſione purpuræ albæ puerperarum, & cum illa ſæpius ſit coniuncta cum ſuppreſsione lochiorum, tunc vna fidelia plures dealbantur parietes, & duabus magnis indicationibus vnico ſuccurritur præſidio, quoniam & lochia promovet, & expellit purpuram.* Doſis à gr. vj. ad gr. xv. *in apropriato liquore.*

## TINCTVRA SATURNI.

℞. Saturni laminati q. v. extrahe tincturam cum ſp. ſaturni ardente S. A.

### *VIRES.*

C*Onducit maniæ, melancholiæ, quartanæ, phtiſi, &c.* Doſis à gr. j. ad gr. v. &c.

## TINCTVRA EPILEPTICA EX PHARMACOpea Extemporanea.

℞. Caſtorij ʒß. ſuccini flavi pulverati, & croci ana ʒij. flor. recentium liliorum convalium ℥j. ſalis volatilis ſudori ſeri ℥x. digerantur abſque calore, poſtea filtretur, vel decantetur tinctura, vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

I*N epilepſia, & hyſterica paſione valde prodeſt.* Doſis à ℈j. ad ʒj. *in aq. ceraſorum, vel tiliæ.*

## TINCTVRA CÆRVLEA.

℞. Viridis æris calcinati, & campl..ę. ana ʒj. ſpiritus volatilis ſalis ammoniaci, & ſp. vini ana ℥j. Diſſolvatur camphora in ſpiritu vini dicti, hinc miſceantur omnia, ac digerantur, mox ſeparetur tinctura, filtretur, ac vſui reponatur.

### *VIRES.*

IN *omnibus affectibus hypochondriacis, chloroſis, & rachitide mirificè prodeſt.* Doſis à gt. jv. ad gt. viij. *in liquore apropriato.*

## TINCTVRA CHERMES.

℞. Granorum chermes ℥ß. his affunde ſpiritus vini ℥iv. Digere per dies tres, tunc decanta, & relictis granis novum ſpiritum vini affunde, & ſic continua donec omnem tincturam extraxeris; demum omnes illas tincturas junge, & tertiam partem exhala in balneo Mariæ, vſuique ſerva.

### *VIRES.*

POtenter *aſtringit, cardiaca, & ſtomachica eſt.* Doſis à gt. vj. ad gt. xxx.

Eodem modo parantur tincturæ croci, Abſynthij, Florum Pœoniæ, Macis, Ligni Aloes, & ſimilium.

## TINCTVRA CINNAMOMI.

℞. Spiritus vini optimi ℥viij. Caſsiæ ligneæ electæ ℥iij. Digerantur in matrace optime clauſo per dies ſex, hinc filtretur tinctura, ac reponatur.

### VIRES.

APerit, *diſcutit, concoctionem iuvat, omnes ſpiritus, ac viſcera recreat, exhilarat, menſes, & partum accelerat, &c.* Doſis à ʒß. ad ʒiß.

## TINCTVRA ROSARVM.

℞. Roſarum rubrarum ſiccarum ℥ij. aquæ tepidæ ℔jv. ſp. vitrioli, vel ſulphuris ʒiij. macerentur in phiola vitrea per horas ſex ſupra cineres calidos: coletur tinctura, cui adde ſacchari albiſsimi ℔iß. vſuique ſerva.

*VI-*



### VIRES.

PRodeſt *in febribus putridis, appetito proſtrato: cor exhilarat, ardorem febrium compeſcit, ſitim etiam extinguit.* Doſis ad ℥iij.

Tinctura violarum paratur eodem modo.

## TINCTVRA, SEV ESSENTIA GRANORVM Chamæactes Harmanni.

℞. Magnam copiam granorum Chamæactes, ideſt granorum Ebuli, exiccentur in vmbra, ponantur in matrace colli longi vſque ad medium, ſuperinfunde aquam vitæ, ideſt ſp. vini, vt per quatuor digitos ſupernatet, adde aliquot guttulas ſpiritus vitrioli, & vaſe benè obturato fiat digeſtio in B. M. per quinque, aut ſex dies, quovſque ſpiritus acquirat tincturam rubini inſtar, quam ſepara per inclinationem, vſuique repone.

### *VIRES.*

IN *ſuffocatione vteri hæc tinctura erumpentibus ſudoribus, quiſcente corpore paroxyſmum ſiſtit, & expellit per diaphoreſim è corpore ipſo reſſolutos vapores.* Doſis à ℈j. ad ʒj.

## TINCTVRA PAPAVERIS ERRATICI Mynſicht.

℞. Conſervę Papaveris Erratici ℥j. florum eiuſdem cum ſp. vitrioli irrorator. ʒj. miſce, & cum aquę ex ſucco predictorum florum diſtillatæ ℥xxx. extrahatur tinctura rubicundiſsima, quam poſtea filtra, & adde ſyrupi è ſucco flor. Papaperis erratici ℥viij. ſp. vitrioli parum, miſce, & ad vſum repone.

### *VIRES.*

IN *defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus; aſperam arteriam, & fauces exaſperantibus, in ſomniaque facien-*

*tibus, quàm maximè valet: Tuſſim quoque inde natam, necnon catarrhum, & phthiſim ſedat, refrigerat, atque ſomnum conciliat. In pleuritide, & puncturis laterum ad dolorem mitigandum, inflammationem reſolvendam, ſudoremque eliciendum admirabile præſidium eſt. Inſuper ad alui profluvium, & dyſenteriam ex materiæ acris, & bilioſæ afluxu excitatam, valdè prodeſt.* Doſis ab ℥j. ad ℥ij.

## TINCTVRA LACCÆ MYNSICHT.

℞. Gummi Laccæ ſubtilitèr pulverati ℥ß. aluminis vſti ʒij. miſtis affunde aquæ lapidis medicamentoſi cum aqua roſarum, & ſalviæ factæ ℔iij. ſtent in digeſtione, donec perfectè tingantur; poſtea filtretur, & tinctura rubicundiſsima ad vſum ſerva.

### *VIRES.*

*IN gingipedio morbo, ſeu ſcorbuto oris experimentum eſt; gingivarum enim laxitatem, putredinem, & fœtorem oris curat; & carnem amiſſam reparat.*

## TINCTVRA, SEV EXTRACTVM VITRIOLI Narcoticum Anodynum Salæ ex Schrodero.

℞. Vitrioli pulverati, ac lento calore ad albedinem vſque exiccati ℔ß. affunde ſp. vini optimè rectificati ℥xxx. ſepelito in fimo equino per menſem: decanta poſtea à fæcibus abſque perturbatione, & diſtilla in B. M. ad reſidentiam vſque liquoris flavi, oleo diſtillato non abſimilis: tunc ceſſa, & quod prolatum eſt ſerva. Liquorem reſtitantem benè oclusum quoque in vſum repone, qui precioſum extractum eſt.

### *VIRES.*

*NArcoticum eſt, & anodynum, nec potentia opio cedit, ſine periculo tamen reprimit, & coagulat vapores ſubtiles ve ne-*



*venenoſos, epilepſiam cauſantes, idque ſpecificè.* Doſis ad gr. xij. *in vehiculo apropriato.*

*Nota:* Nulla humiditas præter vini ſpiritum accedat, vaſque ſiccisſimum ſit, alioquin in caſſum laborabis.

## TINCTVRA DIAPHORETICA EX TRIBVS Principijs Chymicis Battimelli.

℞. Salis volatilis viperarum, & ſalis volatilis cornu cervi ana ℥j. miſce, & ſerva. Deinde ℞. Spiritus viperarum, & ſpiritus cornu cervi ana ℥ij. miſce, & ſerva. Poſtmodum ℞. Olei viperarum diſtillati, & olei cornu cervi ana ℥iij. miſce, & his miſtis ſuperfunde ſp. vini optimi ℥vj. & ſtatim ſolventur. Hoc peracto ℞. Spiritum viperarum, & cornu cervi, & coniunge cum ſolutione oleorum, & per retortam diſtilla, & habebis ſulphur cum Mercurio maritatum. His peractis accipe ſalia volatilia ſuperius ſervata, quibus ſuperfunde Sulphur, & Mercurium, claude vas Hermeticè, ac digere per menſem chymicum, & iam facta eſt trium principiorum ſcilicet ſalis, Sulphuris, & Mercurij vnio, & Tinctura Diaphoretica completa eſt.

### *VIRES.*

*HÆC Tinctura, (potius eſſentia) ſumum eſt alexiterium in febribus malignis, morbis epidemicè graſſantibus, & cuiuſcumque generis venenis. Item omnes fœdas cutis infectiones, ipſamque Luem veneream radicitus curat.* Doſis à ℈ß. ad ℈j.

## TINCTVRA BACCARVM JVNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi recentium, & contuſarum craſsiuſculè ℔j. ſem. aniſi contuſi ℥jv. radicis angelicæ ℥j. ligni nephritici ℥ß. macis ʒij. miſta infundantur in vini malvatici ℔viij. ſtent in infuſione per 24. dies, quotidie aliquoties movendo: poſtea per B. M. diſtillentur, & cum hoc diſtillato liquore extrahe tincturam ex Baccis Juniperi S. A. quæ inde filtretur, & parum dulcoretur, vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

E*Xcalefacit, aperit, attenuat, diſcutit, ſtomacho vtilis, contra pectoris vitia, tuſsim, inflammationes, tormina, & ſerpentum ictus efficaciſsimè bibitur; venenis mirificè adverſatur, calculos quoque renibus pellit, vrinam ciet, vnde ruptis, convulſis, & vuluæ extrangulatui ſubvenit.* Doſis à ʒj. ab ℥ß. *mane ieiuno ſtomacho.*

## TINCTVRA HYPERICI AVGVSTANÆ.

℞. Summitatum Hyperici cum floribus pulveriſatarum q. v. Macera octiduum in ſpiritu vini rectificatiſsimi q. ſ. in loco tepido, poſtea filtretur tinctura rubicundiſsima inſtar Rubini, ſaccharo edulcora, & vſui ſerva.

### *VIRES.*

I*N contumacibus affectibus valdè vtilis eſt; invecilitatem, hebetudinem, ſtupiditatem, torporemque mentis, quantum per artem licet, corrigit, & emendat, omneſque imaginationis affectus feliciter tollit: morbis etiam renum, & veſicæ prodeſt, vrinam provocat, & menſtrua pellit.* Doſis ad ℥j.

## LAVDANVM LIQVIDVM THOMÆ Sydenhamij.

℞. Vini albi optimi ℔j. opij. ℥ij. croci ℥j. pulveris cinnamomi, & caryophyllor. ana ʒj. Infundantur ſimul in B. M. per duos, tres vè dies; donec liquor debitam conſiſtentiam acquirat, colatura ſervetur pro vſu.

### *VIRES.*

A*Nodynum eſt inſigne, dolores ſedat in colica, & ſimilibus.* Doſis à gr. x. ad ℈j.

LAC,



## LAC, SEV LIQVOR PERLARVM.

℞. Margaritar. pp. q. v. tere eas in mortario marmoreo cum ſucco Limonum, & ſtatim perlæ diſſolventur, filtretur, colaturaque ſervetur.

## LAC PERLARVM ALIA.

℞. Aquar. Bugloſsi, Acetoſæ, viperinæ, & endiviæ ana ℥v. Margaritarum pp. ʒj. raſuræ eboris ʒß. Infundantur, & poſtea agitentur fortitèr, colentur per manicam, & dulcoretur cum ℥ß. manus Chriſti perlati.

### *VIRES.*

C*Ardica eſt, prodeſt in febribus ardentibus, refrigerat, ac letificat cor.* Doſis ad ℥vj.

## LAC CASSIÆ, SEV CINNAMOMI.

℞. Caſsiæ ligneæ electæ ℥iv. ſp. vini optimi ℔iß. diſtillentur, vſuique liquor diſtillatus ſervetur. *Convenit cum Tinctura Cinnamomi.*

## LAC VIRGINALE.

℞. Benzoini, & ſtyracis calamitæ ana ℥j caryophyllor. caſsiæ ligneæ, macis, & Balſami nigri ana ʒij. ſp. vini optimi ℥xvj. Digerantur per dies tres, filtretur, & ſervetur ad faciem decorandam, miſcendo guttas aliquas in aqua fontana.

## LAC ALVMINIS.

℞. Aluminis pulverati ℥j. aquæ ex albuminibus ovorum ℥jv. ſp. vini ℔ij. Optimè, & diu in vaſe vitreo agitentur, vt fiat inſtar Lactis.



VI-

*VIRES.*

*ARcanum habetur in gonorrhæa, profluvio albo, menſibus immodicis, &c. Doſis cochlearia* 2. *vel* 3. *ter in die: aſumptum etiam ad* ℥ij. *bora ante paroſyſmum, ſæpè curat tertianam. Etiam ophtalmicum eſt inſigne.*

## BALSAMVM ALKALISATVM IOANINI.

℞. Theriacę Magnæ ℥j. Myrrhæ, Aloes, & croci ana ℥ß. ſummitatum Abſynthij, Scordij, Abrotani, radicis centaurij minoris, & maioris, ariſtolochiæ rotundę, & Iridis ana ʒj. Pulverentur, & ponantur in phiola, quibus adde ſp. vini ad eminentiam quatuor digitorum, & digerantur per octiduum, hinc coletur tinctura, vſuique reponatur.

*VIRES.*

*PRodeſt in vlceribus malignis, mirificè mundificandis, tam internis, quam externis. Etiam in peſte, & ſimilibus.* Doſis ad ʒj.

## BALSAMVM ANTIMONII.

℞. Sulphuris Aurati Antimonij, & ſalis tartari ana ℥j. Spiritus Terebinthinę ℥jv. digerantur ſimul S. A. & abſtrahatur Balſamum.

*VIRES.*

*AD vlcera ſordida, fiſtulas, &c. tam internas, quam externas valet.* Doſis a gr. x.

## BALSAMVM REGVLI ANTIMONII.

℞. Reguli Antimonij pulverati q. v. digere in B.M. cum





ſp. Terebinthinæ ad rubedinem vſque; decanta, & abſtrahe tincturam cum ſp. vini, deinde igne cinerum abſtrahe ſpiritum ad balſami conſiſtentiam.

*VIRES.*

*OPtimum eſt in affectibus pulmonum, phthiſi, aſthmate, tuſſi, &c.* Doſis gr. 3. vel 4.

## BALSAMVM SVLPHVRIS ANISATVM Mynſicht.

℞. Olei Aniſi diſtillati ℥vj. florum ſulphuris ℥j. miſce, & in vaſe vitreo digerantur, & circulentur tandiu, donec oleum aniſi tincturam ſulphuris perfectiſsimam extraxerit: poſtea aufer oleum rubicundiſsimum per inclinationem, filtra, & ad vſum ſerva.

*VIRES.*

*EST Balſamum perfectiſsimum, calefaciens, & ſiccans, & à putredine præſervans, in quo ſunt omnes virtutes naturalis balſami, & vis conſervativa maxima. In catarrhis pectoralibus, tuſsi aſthmate, phthiſi, pleuritide, colica, peſte, febribus, morbis epidemicis, epilepſia, lue venerea; necnon in omnibus apoſtematibus, & putrefactionibus corporis, miranda præſtat.* Doſis à gr. iij. ad gr. vj. *in vehiculis appropriatis.*

## BALSAMVM SVLPHVRIS TEREBINTHINAtum, ſeu Rubinus ſulphuris.

℞. Florum ſulphuris ℥iij. ſpiritus Terebinthinæ ℥vj. vel ℥vij. Digerantur in vaſe vitreo, donec ſolvatur ſulphur, & ſpiritus Terebinthinæ rubicundus reddatur, hinc decanta, ac ſerva.

## *VIRES.*

*Mirificè prodeſt contra phthiſim; quippè valet ad vlcera pulmonum conſolidanda, præſervat à peſte, alijſque morbis côntagioſis. Item ſingularis eſt in calculo renum, & veſicæ.* Doſis à gr. iij. ad gr. viij.

Nota: Cum oleo Terebinthinæ rectificato promptiùs, quàm cum ſpiritu ſuccedit.

Meliùs tamen ſuccedit operatio ſi ſulphur cum ſale tartari miſceas, vel ſuper ignem lentiſsimum in crucibulo torreas in maſſam rubicundam, & poſtea extraxeris tincturam vt dictum. v. g.

℞. Florum ſulphuris ℥iv. liqua, & adde ſalis tartari puriſsimi ℥iß. agita optime cum ſpatula, vt exactè miſceantur, ſemotis ab igne ſerva maſſam, quam *Hepar ſulphuris* appellatur. Ex hac maſſa pulverata, & oleo diſtillato quo volueris para Balſamum ſulphuris vt dictum. Sic parantur: Balſamum ſulphuris Aniſatum, fœniculatum, ſuccinatum, Benzoinatum, Iuniperinum, Camphoratum, Terebinthinatum, &c.

*Hepar ſulphuris.*

Hoffmannus in clave cap. de ſulphure inquit, quod hæc Balſama ex ſulphure cum oleis diſtillatis præparata in phthiſi, aut exulceratione pulmonum, aut aliorum viſcerum ex humoribns ſalſis hæmoptyſin cauſantibus orta in vſum trahi non debent; nan in tali caſu vel prȩvia adſuit, vel adhuc coniuncta adeſt inflammatio, eaque non ſine acido inflammante, ac dolorifico. Olea autem ſtilatitia calida ſunt, inflammabilia, ac reſinoſa, acidumque occultum habent. Inſuper tam apertè ventriculo membranaceo inimica ſunt, abſumendo humidum illius radicale, hepati autem, alijſque viſceribus phlogoſin excitando, vt quidam ſibi ſitim perpetuam adſciverint, quidam cachexiam biliosſam, quidam hydropem calidum, alij cruentum alvi fluxum, ſcabiem ſiccam, febres hecticas, &c.

***

BAL-



## BALSAMVM CATHOLICVM MYNSICHT.

℞. Thuris, Myrrhæ electæ, & aloes ſuccotrinæ ana ℥ß. ſtyracis ℥ij. Benzoini ℥iij. Balſami Peruviani ſolidi, & flor. hyperici ſemine prægnat. ana ℥j. Moſchi orientalis, & Ambræ griſſeæ ana ℈ß. ſemina, & flores hyperici ponantur in vaſe vitreo cum ſp. vini alkoholiſati ℔iiij. quod optime obſerva per 24. horas: deinde decanta, & decantato ſpiritui rubore imbuto inde ſupra dicta ingredientia ſubtilitèr pulverata; ſtent in digeſtione per 20 dies ad ſolem, vel in ventre equino, vel in cineribus calidis, & hoc exacto tempore ſepone à fœcibus, ſpiritum decantando per inclinationem, & in vaſe vitreo optimè clauſo cuſtodi.

## *VIRES.*

*Carnes mortuas à corruptione præſervat, & perennat, vnde ſi vitulinæ fruſtum, vel carnis genus aliud ter, vel quater hoc balſamo irrores, incorruptibile evadit, & in mumiam abibit; quanto magis carnes vivas à corruptela præſervavit. Omnia vulnera tuto curat: ſanguinem effuſum, vel grumatum liquat, & ad inſenſibilem tranſpirationem ſolicitat: oſsium fracturas ferruminat; inflammationes prohibet, affectas partes roborat, ſanguinis fluxus impedit, tumores diſcutit, & dolores demulcet. In omnibus vulneribus in quacumque corporis parte cum materiæ, affluxu intemperiæ, carnis excreſcentia, oſsis cariæ, eryſipelate. ſordidis, verminoſis, in ipſa gangræna, & cancro præſentaneum, & ſalutare eſt medicamentum. In aurium vlceribus non habet ſimile; tumoribus adapertis præſens eſt medela. Dentium dolorem ſolo à tactu tollit, ſtuporem abigit, & mobiles firmat. Gingivis exeſis, & exulceratis, laxis, & putridis medetur. Fauces, & vuulam exulceratas curat. In omnibus oculorum affectibus promptum eſt medicamentum. Dolorem iſchiaticum, podagricum, cateroſque articulares frequenti inunctione, ſi*

*non*

*non tollit, ſaltem demulcet. Solo [a]ffactu capite dolentibus, vertiginoſis, & apoplecticis ſuccurrit. Flatus diſſipat, & dolores colicos ſola inunctione externa ſedat. Catarrhalibus fluxionibus, tuſsi, aſthmati, empyemati, phtiſsi, pulmonum vomicæ, & alijs pectoris affectibus præſentaneum eſt medicamentum, tam ore ſumptum, quam pectore inunctum. Specificum eſt ſtomachicum, tam in eius regione illitum, quam ore propinatum; ſtomachum confortat, digeſtionem promovet, appetentiam excitat omnibus morbis indè ortum ducentibus, vt inteſtinorum affectibus, lienteriæ, cæliacæ, diarrhææ, &c. Subvenit. Inſigne eſt cardiacum in cordis tremore, palpitatione, lypothimia, & ſyncope. Summum eſt Bezoar in febribus malignis, & peſtilentibus.* Doſis ad ʒij.

## CAPVT IX.

### *De Decoctis.*

### DECOCTVM ANTISCORBVTICVM & Spleneticum.

℞. Seri lactis caprini recenter facti, & probè depurati ℔v. cui immergantur radicum recentium cichorij ſylveſtris ℥ij pimpinellæ recent. ℥iß. herbarum recentium cochleariæ, naſturci hortenſis, & cereſolij ana ℥ij. capparum aceto conditor. ℥iiß. tamarindor. ℥j. cremoris tartari ʒij. facta digeſtione, & vnica ebullitione, fiat colatura, & clarificatio, addendo ſacchari albi ℥iv. ſp. ſalis ammoniaci acidi chalybiati q. ſ. pro guſtu grato, fiat decoctum clarum. Doſis ab ℥j. ad ℥jv.

### SERVM LACTIS EXTRAHENDI RATIO.

℞. Floris cinarę aculeatæ, ſive cardui ſativi contuſi ʒij. aquæ tepidæ ℥iv. infunde per horas duas, hinc expreſsionem ſupra ℔xij. lactis caprini recentis, & tepe-

fas



lacti inijce, & agita vas pauliſper, & ſine requieſcere, & frigeſcere; & ita apparet lac optimè coagulatum; deinde per pannum tranſcola abſque expreſſione, & ſubſtantia butyroſa manet in panno, caſeoſa verò, & ſeroſa recipitur in vas ſubjectum: hic liquor compoſitus ex duplici ſubſtantia, ſeroſa, ſcilicet, vt dictum, & caſeoſa igne exponitur ad duos fervores; tandem percolatur, & manet in panno caſeoſa ſubſtantia, in vaſe verò ſubjecto ſeroſa, quæ accipitur quoties in ſchedulis ſerum lactis præſcribitur. Vires vide lib. I. cap. VIII.

### DECOCTVM APERITIVVM.

℞. Endiviæ, cichorij, & fumariæ ana M. j. eupatorij, borraginis, bugloſsi, cuſcutæ, & ſcolopendrij ana M. ß. glyzyrrhizę raſæ, radic. fœniculi, apij, petroſelini, & paſſularum exacinatar. ana ℥ß. ſem. aniſi, & fœniculi ana ʒii. comarum thymi, & epithymi ana ʒiß. corticum tamaricis, & capparum ana ʒij. fol. ſennæ ℥ii. polypodij quercini ℥i. agarici ℥ß. Incindenda incindantur, & contundenda contundantur craſſo modo, & infundantur in ℔vj. aquæ, poſt coquantur vna ebullitione, & poſt ſex horas coletur.

### *VIRES.*

*APeritivo hoc porrò in viſcerum obſtructionibus, & contumacibus eorum affectibus Medici vtuntur: diuturnos enim iecoris, lienis, & venarum meſaraicarum infarctus permeat, ac expellit, ictero, & febribus antiquis, necnon hydropi opportunum eſt.* Doſis ab ℥ii. ad ℥vi.

### DECOCTVM PVGINVM.

℞. Folior. ſennæ ℥i. polypodij contuſi ℥ii. fœniculi, & aniſi ana ℥ß. epithymi ʒii. zingiberis, & cinnamomi

ana

ana ʒiß. thymi ʒv. trium flor. cordialium ana ʒj. prunorum N. vj. paſſular. exacinat. ʒvj. aquæ hordei ℔jvß. fiat decoctio ad medietatis aq. conſumptionem, removeatur ab igne, & quando vtetur, coletur.

*VIRES.*

S*olutivum eſt inſigne, diureticum, ac carminativum;* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

DECOCTVM SOLVTIVUM DONZELLII.

℞. Polypodij ℥j. ſennæ, & tartari vini albi ana ℥ß. aniſi ʒij. fiat decoctio in aqua S. A. ad remanentiam ℔ß. aquæ.

DECOCTVM COMMVNE HORDEI.

℞. Hordei in linteo aſpero fortitèr fricati ℔j. aquæ tepidæ ℔xx. coquantur ad medietatis aquæ conſumptionem, & poſt ſex horas coletur, & vtetur.

DECOCTVM CORDIALE.

℞. Radicum viperinæ, & acetoſæ ana ℥j. fol. acetoſæ, & bugloſſi ana M. j. ſem. citri, ſeu limonum contuſor. ʒj. trium flor. cordialum ʒij. fiat decoctio S. A. ad ℥viij. vel ℥x. remanentiam.

DECOCTVM PECTORALE.

℞. Hordei integri mundi Pj. radicis liquiritiæ raſæ ℥ß. prunorum N. viij. caricarum N. jv. capilli veneris, & ſcabioſſæ ana M. ß. fiat decoctio S. A. ad remanentiam ℥viij.

DECOCTVM ADSTRINGENS MYNSICHT.

℞. Radicum tormentillæ, & ſerpentariæ ana ℥j. cydonior.



nior. exiccator. ʒvj. ſem. lapathi acuti, & antheræ roſar. ana ʒij. vrticæ mortuæ cum floribus rubris ʒiß. nucis moſchatæ, cinnamomi acuti, galangæ minor. & caryophyllor. ana ʒj. ſebeſten N. jx. coquantur in aquæ plantaginis ℔iij. ad tertias, & in colatura clara diſſolve camphoræ ʒj. & ad libitum cum miva cydoniorum edulcora.

*VIRES.*

I*N dyſenteria, cæteriſque alui fluxibus, &c. experimentum eſt, necnon hæmorrhagiam variam curat. Doſis mane; ſtomacho ieiuno bonum hauſtum.*

DECOCTVM AD CALCVLVM

℞. Radicis liquiritiæ raſæ, & rad. Iridis ana ℥iß. rad. petroſelini, & fœniculi ana ℥ij. ſem. maluæ, althææ, fœniculi, & rad. ſaxifragiæ ana ʒvj. ſem. quatuor frigidor. maior. excorticat. ana ʒv. cicerum rubror. ℥vj. ſebeſten, & ficuum ana N. xxx. hordei mundi, & loti ℥iij. Inciſa, & contuſa craſsiuſculè, coquantur S. A. in aquæ pluvialis ad remanentiam ℔iv.

*VIRES.*

A*Bſtergit, lenit, dolores ex calculo, ac vrinam promovet; ægre continuo vtentes.* Doſis ad ℥iv.

IUSCVLA VIPERINA SEBASTIANI Baltholi ex Donzellio.

VNa vipera, aut duæ, capitibus, extremiſque caudarum exemptis, ſenectis decorticentur, eviſcerenturque, quæ de his alba ſuperſunt corpora contundantur, vel centerantur, ac ſimul cum ſucco, qui centerendo effluxit, pinguedine, cæteriſque viſceribus, inijciantur in vas vitreum amplum non multùm lati orificij, ijſque affundantur aquæ cinnamomi ex vino diſtil-

diſtillatæ ℥ß. aquæ fontis ℥iij. ac illico vas ſubere; madidaque pergamena arctè occludatur; adaptetur deindè in B. M. in quo per quatuor horas ebulliat, ac poſt refrigerationem vas aperiatur, & quicquid in eo continetur, per linteum fortiſsimè exprimatur; nam inde iuſculum ℥vj. excidet, quarum tres ex viperino balſamo conſtant.

## VIRES.

HOC *iuſculo frigido, vel calido manè ieiuno ſtomacho ſi cachecticus vtatur, infra* 20 *dies mirabitur effectus: corpus enim veluti renovat, pertinaci cachexia laborantes priſtinæ reſtituit ſanitati, & quaſi iuveneſcere facit.*

Plurimi Decocti veniunt etiam in officinis ſub nomine aquarum, de quibus vide infra cap. de Aquis.

## CAPVT X.

### *De Infuſionibus.*

### INFVSIO ROSARVM PERSICARVM; SEV Alexandrinarum, vel Pallidarum ex 9. Infuſionibus, ſeu Permutationibus.

℞. Aquæ puræ tepidæ ℔xviij. foliorum roſarum Alexandrinarum recentium ℔vj. ſummitte eas in vaſe vitreato ſupra ignem, vt madefiant, tunc impone in vaſe terreo vitreato, quod *Tina* vocatur, & optimè obturato, macerentur in loco tepido per octo horarum ſpatium, ſingulis horis ſpatula lignea Roſas ſubmittendo: ſubinde exprime Roſas fortitèr manibus, vel non nimis fortitèr ſub prælo. Colaturam iterum calefac, & ſubmitte alias ℔vj. foliorum Roſarum Alexandrinarum recentium, vt madeant, iterumque macera vt antea, per alias octo horas, iterumque, vt antea exprime, idque repette vſque ad novem infuſiones, ſeu permutationes, ſemper Roſas novas recen-





tes infundendo. Infuſio clarificetur per ſedimentum, decantetur, percoletur, & reponatur in vaſe vitreo anguſti orificij, cooperto oleo, vt à corrùptione conſervetur: quæ mutari debet quotannis.

Infuſio Roſarum Rubrarum, ſeu Noſtrarum ex 9. infuſionibus paratur eodem modo.

Infuſio violarum ex 9. infuſionibus paratur etiam eodem modo, accipiendo violas integras cum ſuis calicibus.

### INFVSIO CATHARTICA.

℞. Folior. ſennæ ʒiij. ſalis tartari, ſeu ſalis vegetalis ℈j. aquæ tepidæ ℔ß. infunde per noctem, poſtea cola, & propina, pro doſi, iuxta Medici præſcriptum.

Sennæ ʒiij. ſufficiunt animandis ℥vj. aquæ, quoniam aqua extrahit tantum, quantum ferendo ſibi ſatis eſt, & reliquum abijcit. Vnde ſennæ ʒvj. in aquæ ℥vj. non magis purgabunt quam ſennæ ʒiij in ſimili aquæ quantitate maceratæ. Ratio eſt, quia ſi ſemel aquæ pori ſunt repleti, tunc aqua non poteſt amplius recipere, licet ſennam centies addas. Elegans exemplum ſuggerit Gaſſendus de variorum ſalium in aqua ad certam quantitatem ſolutione. Cum ergo quolibet menſtruum vltrà modum ſuæ receptivitatis recipere non poſit, pecant ij. qui pro vnica portione ſennæ ℥iß. cum diverſis alijs purgatibus prędcribunt, & multò magis, qui ſpecies catharticas multum reſinoſas infuſionibus adijciunt, quoniam vis purgatrix in reſinoſa ſubſtantia conſiſtens ab aqua ſimplici extrahi nequit, ſed pro eiuſdem extractione ſpiritu aliquo ardente opus eſt: Ex horum numero ſunt Jalappa, mechoacanna, turbith, agaricum, &c. Hæc autem, vt notatum habemus in extracto catholico, probè obſerventur in medicamentorum pręparatione.

### ACETVM THERIACALE EX AVGVSTANA.

℞. Radicis chelidonij maioris ℥iß. oſtrucij, ideſt Impe- *Oſtrucium.*

ratoriæ, gentianæ, biſtortæ, valerianæ, pimpinellæ, dictamni albi, carlinę, & zedoariæ ana ℥i rad. plantaginis maioris, corticum citri, & ſem. eiuſdem ana ℥iß. folior. ſcordij, cardui benedicti, & dictamni cretici ana P. ij. granor. Juniperi ℥ij. nucleorum nucum Juglandium ℥ ij. ſantali citrini ℥ß. Infundantur omnia in aceti rutacei ℔v. atque ſic in vaſe vitreo probè clauſo infuſa permaneant.

### *VIRES.*

M*Orbis venenatis auxiliatur, putredinem humorum arcet, ſudores prolicit, peſtilentibus contagia diſsipat.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij. & vltera.

### ACETVM RVTACEVM EX AVGVSTANA.

℞. Folior. rutæ, ſcordij, cardui benedicti, & tanaceti ana M. j. Baccarum Juniperi, & radicis angelicæ ana ℥ij. Zedoariæ, & corticum citri ana ℥ß. Incindantur minutim, dein infundantur in aceti optimi ℔vj.

### *VIRES.*

C*Onvenit cum alijs Bezoardicis, & inſervit etiam pro aceto Theriacale ex Auguſtana parando.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij.

### ACETVM THERIACALE ANTONII de Sgobis.

℞. Radicum angelicæ, imperatoriæ, vincetoxici, folior. rutæ, ſcordij, ſalviæ, baccar. Juniperi, ſem. citri, folior. centaurij minoris, roris marini, cuticulæ citri, & ligni aloes ana ℥ß aceti diſtillati ex vino optimo ℔v. fiat infuſio in B. M. vaſe vitreo diligentiſsimè clauſo per dies xij. Poſt in infuſione, forti filtrata, diſſolve Theriacæ Andromachi ℥ij. Infundantur rurſus, in B. M. tepido per dies quinque, ſicque ſ. ſervetur ad vſum. *Convenit cum præcedentibus.*

ACET.



### ACETVM ROSATVM MESVES.

℞. Foliorum roſarum rub. ſiccar. ℔j. aceti albi fortiſsimi ℔viij. Inſolentur in vaſe vitreo ad tincturam extrahendam, filtretur, vſuique reponatur. *Prodeſt in omnibus inflammationibus.*

Eodem modo parantur omnia aceta ſimplicia, vt acetum ſambucinum, & ſimilia.

### ACETVM SCYLLITICVM MESVES

℞. Scyllæ laminas medias inter cor, & corticem, ſicca eas in vmbra filo apenſas, tanto intervallo ne ſe contingant, per quadraginta dies, hinc accipe ſcyllæ ſic pp. ℔j. aceti albi optimi ℔viij. Inſolentur per alios quadraginta dies, in vaſe vitreo optimè clauſo, mox filtra, vſuique repone.

### *VIRES.*

A*Ttenuat, incidit, abſtergit, prodeſt in obſtructionibus hepatis, lienis, & menſium ſuppreſsione; mucilaginem pulmonum incidit, tuſsientibus ſuccurrit, &c.* Doſis à ℨj. ad ℥j.

### ACETVM SENNÆ SOLVTIVVM.

℞. Aceti albi optimi ℔ß. folior. ſennæ ℨiii. ſem. aniſi ℈j. infundantur per diem, colatura vtetur in juſculis, condimenti loco ad ℥ij.

Donzellius ait, quod aceta lenitiva multa afferunt ſymptomata, cum acetum ventriculi fibras conſtringat, & vim catharticam non parum reprimat.

### VINVM ABSYNTHII.

℞. Abſynthij ſicci M. j. ſalis eiuſdem ℈j. vini albi optimi ℔ß. ſtent in infuſione per noctem, colatura vtetur



VIN

### *VIRES.*

*APpetitum promovet, ſtomachum confortat, concoctionem iuvat, &c.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## VINVM EMETICVM.

℞. Croci Metallorum ʒj. vini albi generoſi ℔ß. ſtent in infuſione per 24. horas, ſed neceſitate vrgente, fiat brevis ebullitio, decantetur, filtretur per chartam, & vtetur.

### *VIRES.*

*VOmitum ciet; miſtum etiam cum liquoribus apropriatis, prodeſt ad dolores capitis, ad ventriculi impuritates, in epilepſia, arthritide, melancholia hypocondriaca, febribus, lue venerea, pleuritide, & ſimilibus.* Doſis ab ℥ß. ad ℥iv.

*Miſtum cum catharticis ſecurius operatur per ſuperiora, ac inferiora: vtitur etiam in clyſteribus ab* ℥iv. ad ℥vj.

Loco croci Metallorum, poteſt accipi vitrum Antimonij pulveratum, vel Mercurius vitę, ſeu Regulus Antimonij pulveratus; ſed cum Mercurio vitę erit Doſis ad ℥ij.

Poteſt etiam in ſervire pro Aqua Benedicta Rulandi, ſeu Aqua Turpida Rulandi, vt ab aliquibus vocatur, &c.

Præparatio Antimonij, ex qua vinum ſeparaſti, poteſt inſervire pro alijs ſepe numero vicibus, ad vinum emeticum parandum.

## VINVM CHALYBEATVM.

℞. Vini albi optimi ℔viij. Limaturæ Martis, ſeu Chalybis ℔j. limaturæ ſuſpendantur, in nodulo incluſſæ, in vaſe vitreo vinum continenti, & optimè clauſo ſtent in infuſione per dies ſex, ſingulis diebus multoties agitando.





### *VIRES.*

*Valet ad cachexias, obſtructiones, &c.* Doſis ad ℔ß.

## VINVM MARTIATVM COMPOSITVM:

℞. Limaturę Martis ℔j. vini albi optimi ℔viij. caſsiæ ligneæ, Arthemiſiæ maioris, Agrimonij, & radicis eryngij ana ℥j. ſabinæ ℥ß. caryophyllor. ʒiij. croci ʒij. Infundantur omnia contuſa, quæ contundenda, in vaſe vitreo probè clauſo, per dies octo, ſæpe agitando, mox decantetur liquor, & vtetur: poteſt infundere, vt antea ſupra reſiduum ℔vj. vini albi generoſi, & procedi vt dictum.

### *VIRES.*

*MIrificè prodeſt in opilationibus, ſcirrhis, cachexijs, menſium ſuppræſsionibus, &c.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

## VINVM SANCTVM CONTRA MORBVM Gallicum.

℞. Smilacis aſperæ, ligni ſancti, polypodij, & folior. ſennæ ana ℥ij. vini albi optimi ℔viij. Infundantur in vaſe ſtricti oris per dies tres, colaturæ dentur ℥iv. mane, & ſero.

## CEREVISIA APERIENS.

℞. Quinque radicum aperitivarum maiorum, cichorij, filicis maſculi, liquiritiæ, baccar. Juniperi, & ſem. fœniculi ana ℥ij. linguæ cervinæ, hepaticæ, hederæ terreſtris. & ſummitatum tamaricis ana M. ij. paſſularum ſolis exacinatarum ℔ß. Infundantur in ℔jx. cereviſiæ per dies duos, colatura vtetur in obſtructionibus, & rachitide ab ℥j. ad ℥vj. bis in die.

## VINVM FEBRIFVGVM.

℞. Corticum Gentianæ Indicæ pulveratæ ℥jv. ſalis abſynthij, ſalis tartari, & ſalis ammoniaci ana ʒj. folior. Abſynthij, Centaurij minor. gentianæ, & plantaginis ana M. j. vini albi ℔iv. Inſundantur per 24 horas, coletur, & vtetur. Doſis ad ℔ß.

## VINVM STYPTICVM.

℞. Balauſtriarum, Myrti, Roſarum rub. Nucum cupreſi, corticum granatorum, folior. lauri, & roris marini ana P. j. vini rubri auſteri ℔v. coquantur ad ℔ii. conſumptionem.

## CAPVT XI.

*De Syrupis, Iulapijs, Mellibus, & Rob, & Hydromellite.*

## SYRVPVS CORALLIORVM QVERCETANI.

℞. Coralliorum Rubrorum pp. ℥ii. ſucci Berberum, vel limonum perfectè depurati, & filtrati ℔ij. Inſundantur in vaſe vitreo ſtricti oris optime clauſo per triduum in B. V. Inde ℞. Huius ſucci rubefacti clari, & diligentèr à fœcibus ſeparati ℔j. ſacchari candidi ℔ß. diſſolvatur ſaccharum in ſucco, & coquantur in eodem balneo vaporoſo ad ſyrupi conſiſtentiam, coletur, & reponatur.

### VIRES.

C*Ommendatur ad reſtaurationem facultatum naturalium, ad vitia hepatis, & ventriculi, ex debilitate ortis, ad fluxus hepaticos, dyſentericos, & liëntericos.* Doſis ad ℥ii.





Eodem modo parantur ſyrupi omnium Gemmarum.

## SYRVPVS BENEDICTVS EX D. IOSEPHO Galeano.

℞. Succi Taraxaci ℔ij. ponatur in vaſe vitreo affundendo Roſarum rubr. viridium non pœnè apertarum ℥iij. ſp. ſulphuris ʒij. relinquantur donec rubicundiſsima extrahatur tinctura, quæ cum ſacchari albiſsimi q. ſ. ſyrupiſetur in vaſe vitreo, & aromatiſetur cum ℥j. confectionis Alchermes.

### VIRES.

P*Rodeſt contra graviſsimas cordis paſsiones, venena arcet. Valet etiam in febribus malignis, acutis, peſtilentibus, &c. Necnon maximoperè ſitim extinguit.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS DE TESTVDINIBVS, SEV, Reſumptivus Renodei.

℞. Carnis Teſtudinum, ideſt abiectis cauda, collo, & pedibus ℥iv. hordei mundi ℥ii. carnis dactyllor. ℥j. paſſularum, & glycyrrhizæ raſæ ana ʒvi. ſebeſten, & iuiubarum ana N. xiii. ſeminum bombacis, limonum, cucumeris, & citruli, flor. violar. & nenupharis ana ℥ß. ſemin. lactucæ, & papaveris albi ana ʒii. vngulæ cavallinæ, ideſt tuſsilaginis, & pulmonariȩ ana M. j. fiat decoctio S. A. coletur, & clarificetur, in colaturæ ℔iv. diſſolve ſacchari albi ℔ii. ſacchari roſati, & Diatragacanthi frigidi ana ʒv. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

C*Onfert ijs, qui à morbo chronico reſurgunt, macie confectis, tabidis, phthiſicis: & ſemilibus.* Doſis ad ℥ij.